

ego eas leges, prout late sunt, simpliciter ab- que vilo diffugio iustissimas, ac validas existimo. Non vtiq; ex eo quod considerat Matiençus ad l. tit. 2. lib. 5. noua compilat. glof. 3. num. 7. & 12. nempe legem civilem posse impedire vim iuramenti, tam vetando ne illo contractus confringeretur, quam præcipiendo ne id iuramentum obliget, & vtrumque re vera efficere, quoties iuramentum contractui adici interdicit, quia sic necessarîo intendit obligare iurantem ad culpam, vt consequenter ratione talis culpæ iuramentum non obliget, quem conuincunt recte Petrus Barbosa in l. 1. ff. solut. matrim. 1. part. num. 73. & qui cum refert, ac sequitur Pat. Thom. Sanchez in summa lib. 3. cap. 22. num. 9. Neque ex eo \* quod putant Pater Molina de iustitia, & iure tom. 1. dispensatione 149. num. 13. 15. & 16. & P. Sanchez. d. cap. 22. num. 10. & 11. quibus nouissime accessere D. Ioan. Barbofa in cap. 1. num. 92. & 93. de iureiurando, & paulo latius, liberiusque quam par esse, aduersus omnes iuris interpretes insurgens Pat. Magist. Basilius Legionensis in tract. de matrim. lib. 2. cap. 8. §. 5. num. 38. nempe leges illas directæ, & immediatè tantum irritasse contractus sub iuramento faciendos, antequam fierent, indirectè verò ac remote iuramentum ipsum eis additum, quodiure optimo ex causa boni publici seculari Principem facere posse docent. Quibus \* quidem vehementer obstat iuris regula, quæ docet, quod cum quid vna via directò prohibetur, ad id alia indirectè non debet admitti, l. si is, qui ex bonis 6. vers. Sed hoc ita, vbi communiter DD. ff. de vulgari, & pupil. subtit. cap. cum quid vna via, §. 4. de reg. iur. in sexto, cum adductis à glof. Dy- no, & Petro Pechio ibi, qui optimè eam vltra alios exornat, & explicat, vt & fecere D. Ludou. Molin. de Hispan. primogen. lib. 4. cap. 3. num. 37. Menoch. de arbitrar. lib. 2. ca. 14. §. 9. & de præsumpt. lib. 9. præsumpt. 169. num. 82. Surd. conf. 427. num. 40. ac decif. 21. num. 4. & decif. 301. num. 75. Petr. Barbofa ad l. cum Prator 12. §. vlt. num. 335. ff. de iudiciis Scacia de commerciis §. 1. q. 7. p. 7. ampliat. 11. num. 2. Fontanell. de pact. nuptial. claus. 4. glof. 13. part. 2. num. 3.

60 Nec exemplum, quo P. Sanchez vitur & Ioannes Balboa ipsum sequuntur, quicquam ad rem facit, inde nimirum sumptum, quod sicut Ecclesia non potuit directè, & immediatè irritare matrimonium clandestinum, quatenus est Sacramentum, sed id solius Christi est; at potuit indirectè, & remotè, destruendo scilicet directè, & proximè contractum humanum, absque parrocho & testibus celebratum, siue inhabiles ad eum reddendo contrahentes iuxta formam ab ea præscriptam, Conc. Tride. Sess. 24. de reform. mar. c. 1. vers. Qui aliter, quo tanquam fundamento destructo, destructum consequenter manet Sacramentum ipsi innitens, quod latius explicat idem Sanch. de matrim. lib. 3. dispnt. 4. num. 6. sic quamuis \* Princeps secularis nequeat sua lege iuramentum præstandum irritare directè, & immediatè vt potest vinculum spirituale, eius facultatem excedens, potest tamen indirectè, & remotè nempe irritando contractum humanum, antequam inearat quo omnino destructo, destruitur, & irritatur consequenter iuramentum, in ipso fundatum, quod solus supremus Princeps potest efficere; nam inferior nequit contractus irritare. Non (inquam) ad rem facit enim maxima inter vnum, & alterum casum disparitas, \* summus Pontifex, aut generale concilium eius autoritate legitime congregatum, & si potestatem non ha-

beat irritandi matrimonium, ac potestatem habet circa matrimonium, ipsum & personas illud contrahentes quas ad id alio modo, quam à se statuto contrahendum inhabiles reddere potuit, ac secularis Princeps nullam habet potestatem circa spirituale iuramenti vinculum & idèd licet potestatem habeat in personas seculares suæ ditionis illasque inhabiles reddere possit ad contractus alio civili modo quam à se constituto celebrandos non tamen ad illos inuendos sub iuramento, quippe super quo nec directè, nec indirectè legem ferre potuit, sed subditos tantum confringere independentè à re spirituali, quæ sub ipsius potestate non est. Accedit his, \* quod et si secularis Princeps posset irritare contractum, cui iuramentum accederet, quod ab omni iure, & ratione, abhorret, vt dictum est, adhuc iuramentum ipsum sublato contractu, per se subsistere posset, & ad eius obseruantiam, ratione religionis, in foro nedum interiori, sed & exteriori, maxime canonico contrahentem obligaret sub perijuri reatu, cap. 1. cum segg. 22. quafi. 5. c. de iureiur. cum aliis de iureiur. iuncto c. 2. eod. tit. in 6. idque verissimum esse palam agnoscat Pat. Vazquez in opusculis tit. de testamentis, cap. 3. diu. 2. num. 20. 21. & 22. vers. Præterea, quem Pat. Basilius sup. incaute pro se adfert, imò & nonnulla alia, vt potè in mesem alienam faleem mittens, aduersus notissima Pontificij iuris dogmata commissit; quale illud est non esse veram illam regulam, iuramentum seruandum, quando in seruando nullum est peccatum, \* que quod ille ne ita licenter, ac forcure absque vilo iure, quo nec niti poterat, loqueretur, animaduertere debuisse) apertissime probatur in cap. si vero 8. vers. Diximus, illic. Quod non est iurum quemlibet contra iuramentum suum venire, nisi tale sit quod seruatum vergat in dispendium salutis æternæ, c. si Christus 26. ante medium, illic. Et quamuis non sit per creaturam iurandum, si tamen iuretur per creaturam, seruandum est quidem, dummodo sit licitum, quod iuratur, & cum contingat 28. ad fin. illic, Obseruare debent huiusmodi iuramenta sine vi, & dolo sponte præstita, cum in alterius præiudicium non redundent, nec obseruata vergant in dispendium salutis æternæ, ex de iureiur. cap. quamuis pactum 2. illic; Omnino seruari debet, cum non vergat in æternæ salutis dispendium, de pact. lib. 6. qua de re vltra DD. vbiq; latissime disserit Pat. Suarez tom. 2. de religione, in tit. de iuram. cap. 14. Scraphinus decif. 782. nu. 4. cum segg. Cæsar Barcius decif. 25. num. 59. & 60. decif. 56. num. 23. in fin. decif. 74. num. 3. & decif. 103. num. 12. & in terminis ex hac ratione iam diu à me considerata doctrinam Patris Thomæ Sanctij (cuius solum meminit) nouissime conuincit Antonius Merenda controuersiarum iur. lib. 1. cap. 10. num. 10. iuncto num. 9. Aliunde igitur Regiarum legum iustitia pendet, \* ex eo nempe quod re verà ille simpliciter non irritant contractus, vt ferè omnes sibi falsò persuasum habent, nec obligationes simpliciter, sed quatenus eas contrahentes ex instrumentis ipsis, in quibus iuramenta sunt apposta, ad exitum perducere volunt; vt satis constat \* ex d. l. 6. ordinam. & d. l. 11. compilat. ibi: Tque la obligacion no vata, ni faga fee. Nam cum obligationis verbum referatur ad eam, quæ in instrumento continetur, ex reg. Text. in l. quoties idem sermo, 67. ff. de regul. iuris, cum similibus à me adductis differt. 6. num. 14. planè significat hæc verba, cuiusmodi obligationem instrumentariam non valere, siue fidem nullam instrumentum, quo ea continetur, facere quoad hoc, vt illa effectum habeat virtute ipsius

ipsius instrumenti, quippe ex cuius inspectione statim Ecclesiasticus iudex iurisdictionem suam fundatam haberet, vt seculari præueniret, cum \* instrumentum rem inter contrahentes manifestam, & probationem (vt aiunt) probatam, nullaque forti discussione indigentem faciat, vt ex l. cum precibus 18. C. de probationibus, & c. cum dilecti 6. vers. Mandamus, de donat. vltra DD. vbiq; & plures alios notarunt Tiracuell. de retrat. con- sang. §. 2. glof. 2. à num. 20. Malcard. de probat. tom. 2. concl. mibi 907. Caualecan. decif. 45. num. 5. p. 1. Cancerc. var. resol. lib. 3. cap. 7. num. 215. Gratian. discept. forens. tom. 5. cap. 939. num. 4. Andr. Molfesius ad consuetud. Neapolit. tom. 1. p. 7. quafi. 16. num. 10. & 11. & tom. 2. p. 10. quafi. 6. num. 6. 7. & 8. Fontanel. de pact. nupt. claus. 4. glof. 13. p. 2. num. 45. Cæf. Barcius decif. 42. num. 1. D. Valenc. conf. 2. num. 4. conf. 21. nu. 78. conf. 22. num. 43. conf. 51. num. 2. lib. 1. conf. 129. n. 48. & 49. & conf. 169. num. 104. lib. 2. & qui innumeros cumulant Camill. Borell. in sum. decif. tom. 2. tit. 8. num. 841. Eman. Barbof. in reuissio. ord. ordinar. Lufit. lib. 3. tit. 25. ad rub. num. 1. & 2. Obligationis \* itaque irritatio per leges Regias facta illud operatur, vt obligatio in eo instrumento contenta perinde habeatur, ac si in eo non interuenisset, ad hoc vt ex ipso ad illius implementum agi possit, vt potè vitiosè, ac inutiliter ibidem interposita, argum. Text. in l. quoties 6. §. qui satisfacere cogantur, & in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic. reg. non præstat §. 2. lib. 6. cum adductis à Surdo conf. 3. à num. 8. conf. 45. n. 41. & conf. 381. à num. 3. ac decif. 51. num. 21. & 22. de- cif. 122. num. 6. & decif. 177. num. 13. conf. 179. à num. 49. & conf. 381. à num. 3. ac decif. 51. num. 21. & 22. de- cif. 122. num. 6. & decif. 177. num. 13. conf. 179. à num. 49. glof. 7. num. 4. §. 9. ad hocq; necesse sit vt aliter probetur, prout fieri potest ex testibus in eo instrumento descriptis, aut aliis, qui eius con- fessionis, vel contractus ipsi præsentis fuerint, iuxta tradita à Didac. Per. in d. l. 6. ordinam. gl. 1. vers. vlt. Gutierrez in d. l. antebent. Sacramenta puber. um. 165. Cæf. si aduersus vendit. Azeued. in d. l. 11. compil. num. 18. ad med. & nu. 29. ver. no vata iunctis que circa \* differentiam inter irritationem in- strumentis, & contractus in eo contenti, itaut de vno ad aliud inferri non debeat, vtiliter post alios scribit ipsi Azeued. ad l. 13. tit. 24. lib. 4. n. 58. Surd. conf. 80. num. 29. conf. 144. à num. 13. & conf. 318. num. 16. & 17. ac decif. 277. à num. 1. ad 7. Scraph. de priuilegiis priuilegiis 34. num. 7. Cancerc. varior. resolut. lib. 2. cap. 3. num. 29. Fontanell. de pact. nupt. claus. 6. glof. 3. p. 7. à num. 66. ad 70. Carol. de Grass. de ex- ceptione prelat. num. 153. atque ita; et si obligatio instrumentaria per leges Regias irritetur, non censetur irritata sola obligatio de per se absque instrumento, vnde vel modicum vel \* nullum subest periculum, quod Ecclesiasticum ratione iuramenti cognitionem in secularis habeat, quia cum instrumentarius creditor non possit ex illo instrumento agere, sed contractum per testes pro- bare debeat, necesse est, vt debitor laicum coram seculari iudice iudicet, atque ita præuentione iam ab illo hinc modo facta, nullus postea ad Ecclesiasticum patebit accessus. Quod \* de facto creditor debitorem suum laicum ordinarie vel executiue ex vi illius instrumenti coram Ecclesiastico iudice conueniret, posset merito debitor conuentus, illius declinare iudicium, ab eiusque processu appellare, & rem per viam violentiæ (vt vocant) ad Regia prætoria deferre, vbi Ecclesiasticum in cognoscendo, & proceden- do aduersus talem debitorem laicum vim facere declarabitur, vulgo auto de leges. Quinimò \* idem

consequetur et si declinatoriam non obiciat, nec appellationem interponat, iuxta ea, quæ ex alio- rum mente generaliter in laicorum causis resolu- unt Gasp. Roderic. de am. reuol. lib. 1. q. 17. n. 71. vers. Hic tamen, Hier. Ceual. de cognit. per viam vio- lentie, gl. 16. sub n. 10. D. Franc. Salgad. de Reg. protell. p. 1. cap. 2. num. 69.

DISSERTATIO XI.

De transmissione hæreditatis, ante eam aditam regulariter non faciendâ, ac de vera, nec hæcenus redè explicata eius regulæ ratione, quibusque casibus transmissioni locus sit: ad inter- pretationem quamplurimum, valdeque difficilium iuris locorum.

SVMMARIA.

- 1 Materia introductio, & eminationis ratio ad tres præcedentes dissertationes.
- 2 Hæreditas, vel bonorum possessio nondum adita non transmittitur.
- 3 Quæ regula procedit, etiam si hæreditas ex substitutio- ne delata sit.
- 4 Quoties hæreditas sit, ff. de acquir. hæred. perperam emendatur ab Anton. Fabro. ibid.
- 5 Eius regula ratio difficilis est; & quare? cum num. seqq.
- 6 Spes, quam quis habet, aliquid sub incerta casu assequendi, in hæredes transmittitur saltem in contractibus.
- 7 In legatis, & fideicommissis secus est, cuius differ- entia ratio remissè traditur.
- 8 Legati dies si iam cesserit, ita vt ius ad illud com- petens in pendenti non sit, id quidem etiam non agnatum ad hæredes transmittitur.
- 9 Quod procedit etiam in fideicommissis vniuer- sali.
- 10 Transmissio locus est in hæreditate quoad ius accres- cendi, post cohæredis aduentum mortem obueniens, eodem namque iure eius hæres gaudet, & eius rei ratio, n. 21. & 22.
- 11 Ante hæreditatis delationem nullum ius in hæredes residet, quod transmittere possit.
- 12 Hæreditas delata, hæres in ea ius habet aduendi.
- 13 Hæres in vniuersum ius defuncti succedit.
- 14 Hæres hæredis, primi testatoris est hæres, & quali- ter hoc intelligatur, n. 15.
- 15 Regula illius, quod hæreditas non adita non trans- mittitur, varia rationes ab interpretibus tradun- tur, & verior eligitur, ac num. seqq.
- 16 Hæreditas nondum adita transmitti non potest, nec vt acquisita primo hæredi, nec vt acquisita de per se cum alio, ei succedentem. ibid.
- 17 Hæreditas non nisi volenti, & animam suam quo- modocumque declaranti acquiri potest.
- 18 Transmittendi hæreditatem ius ex eius delatione pendet.
- 19 Hæreditatem illi tantum lex defert; qui vel à de- functo hæredes scripti sunt, vel ab intestato ad eius successionem vocantur.
- 20 Hæreditas hæredum hæredibus delata non est, & ideo non potest per eos adiri.
- 21 Hæreditatis delata aduenda ius personale est, quod ad alium regulariter non transit, sed cum per- sona



sona extinguitur, & quid proprie ius personale sit, qualiterque id nomen conueniat iuri aduendi.

18 Testator proprijs de cause efficitur uera heredes, ex testamento, vel ab intestato ei succedentes, non tam eorum favore, quam gratia ipsius testatoris, cuius persona per heredem representatur.

19 Testator presumitur, non per alios heredes sui representationem fieri uelle, quam vel a se testamento electos, vel sub lege designatos, quos & ipse probasse uideatur.

20 Vera ratio regula, transmissionem impediens, non nullis. De iuribus exornatur.

21 Ex ea ratione cessat omnino difficultas, aduersus eandem regulam proposita quoad legatum, & fideicommissum.

22 Ius accrescendi in hereditate non ratione persona competit, ut accidit in legato ususfructus, sed ratione portionis, cui portio deficiens, uelut alius accrescit, & eam sequitur, quocumque ierit. ibid.

23 Heres cum alijs instituitur, sicut portionem a se aditam ad ipsius heredes transferri, sic & ius accrescendi ad eam quod reale est.

24 Heres mediatu, uel immediatus eius defuncti, qui ab altero instituitur heres est, ita demum primi testatoris heres esse intelligitur, si quislibet adierit hereditatem eius, cui successit.

25 Heres heredis ex quorundam sententia immediatum heredem tantum representat, non uero primum testatoris, sed contrarium tanquam ueris defenditur.

26 Ius transmissionem hereditatis impediens, partim prudentium interpretatione, partim non imperatorum constitutionibus iuris aliquot de causis interpretatum, seu restrictum est, quarum nulla hypothese, de qua in hac, & tribus praecedentibus dissertationibus agitur, adaptatur.

27 Transmissio ex quorundam sententia a Doctoribus referuntur, & omnes ad tres, uel quatuor frequentius reduci solent, hic uelata.

28 Transmissio prima species, qua est ex capite, seu potentia suitatis, quando locum habeat, & quis dicatur suus heres, cum numer. seqq. ac num. 65.

29 Suis heres, etiam ignorans, uel insens, patris hereditatem sibi delatam ad quoscumque ipsius heredes tametsi extraneos transmittit.

30 Sui heredes nulla egent additione, qua cura ab his sit, proprijs dicitur immixtio.

31 Sui heredes, statim a morte parentum, etiam ignorantes, ab ipsa lege heredes fiunt, neque tam hereditas ipsi accedit, quam bonorum paternorum dominium in eos committatur.

32 Lex in suis 11. ff. liberis & posthumis exornatur. ibid.

33 Hereditas tacens non datur, ubi adest suus heres.

34 Plura de domini continuatione in suos heredes remissimè traduntur.

35 Transmissio, qua sit ex potentia suitatis, proprie non pertinet ad exceptionem, seu limitationem regula qua traditur hereditatem non aditam non transmitti, & quare?

36 Exceptio debet esse de regula.

37 Hereditas ex capite, seu potentia suitatis transmittitur, ex communi Doctorum sententia, non ut quaesita, sed ut quaerenda.

38 Contraria sententia, ut transmittatur tanquam quaesita, longe uerior est, & a selectioris nota auctoribus magis recepta.

39 Haec transmissio filij sui. antequam se heredi-

tati paterna immiseret decedentis, si & ipse decedat filij tantum hereditate adita, cum de paterna nihil dixisset, hanc etiam cum abstinenti beneficio ad proprios heredes transmittit; quod in alijs transmissionibus non ita facile procedit, licet idem receptum sit.

40 Haec transmissio filij de paterna eius hereditate aliquid amonens, uel per interpositam personam fraudulenter emens patris creditoribus responderi cogendus est, & quare quare ratione in hoc differat ab herede extraneo?

41 Transmissio ex capite sui heredis, non impeditur ob id, quod suus heres coheredem aut uulgarem substitutum habeat, sed quocumque ipsius heres uirique praesertur, & eius rei ratio.

42 Contraria sententia receptor est, maxime respectu substituti, ut in transmissio ex capite sui heredis praesertur, sed committitur.

43 Suius non tollitur datione uulgaris substituti, & quare? cura 3. num. seqq.

44 Substitutio uulgaris facta extraneo, duas causas comprehendit, nempe nolitatis, & impotentia.

45 Filius, qui patri suus heres est, ab eo institutus dato substituto uulgaris, censetur institutus sub conditione si se non abstinerit, qua nullatenus differt a conditione si heres esse uoluerit, & quare?

46 Condicio filij sui heredis institutioni adiecta, si heres esse uoluerit, illam conditionalem facit, & filium ipsum de necessario uoluntarium heredem efficit, & eius rei effectus, ibid.

47 Conditionalia iura non transmittuntur, ibid.

48 Lex fin. uel. Altera uero species, ff. de condit. instit. expeditur, & explicatur.

49 L. si quis filium 7. s. 1. ff. de acq. hereditate r. s. m. intelligitur, & num. seqq.

50 Praetor, qui filiis abstinenti beneficium concessit, non ab eis abstulit sui heredis existentiam, seu domini continuationem, a iure in suis heredibus consideratam.

51 Praetoris beneficium suis heredibus indultum, non tollit suitatis effectus, sed tantum eos liberat oneribus hereditarijs, non spontè susceptis.

52 Huius rei effectus ille ab Accusio, & alijs uulgo refertur, ut filij sui, qui si boni patris immisissent non probatur, eius creditoribus ipso iure tanquam heres obnoxius non sit, imò contra eos fundatam inuentionem habeat, licet se abstinuisse non probet.

53 Effectus ille in panthe iuris falsus est, meritoque negatur ab eodem Accusio, alibi, regulam in contrarium statuente, & a plerisque probato quorum sententiam late probat Anton. Faber, contrarijs suis faciens.

54 Filiofamil. post patris mortem a paternis creditoribus conuenio, qui nec illius bonis se immiscent, neque ab eis abstinent, illa ex Antonij Gomezij mente praesertur a Patre Ludouico Molina, ut terminus filio assignetur, intra quem uoluntatem suam declaret, quo elapso pro abstinento habeatur, & interim hereditas curator datur.

55 Anton. Gomezius erga filiumfamil. post patris mortem ab eius creditoribus conuenio, tantum dicitur, tunc demum cum filius de agnitione paterna hereditatis deliberare uult, & nec se immiscet, nec abstinet, hereditas quasi tacenti iactantorem dari posse; cuius doctrina sensus explicatur, & n. seqq.

56 Filio post patris mortem breuis terminus ad creditorum instantiam a iudice assignari ualeat, intra quem deliberet, & interim non potest hereditatem

dat ut iactans considerari, ut ei curator datur.

57 Filio intra illum terminum non deliberante, sed ampliori tempore iure filij permissio gaudere uolente, tunc lapsa illa breui termino, potest statim curator, cum quo lis peragatur, hereditati a iudice dari, ne creditores longiorem iuris terminum expectare cogantur, qui ad hoc filio supererit ad melius deliberandum, nec interea excludatur, ex uerore, ac receptore sententia, cui Gomezius rectè inspectus accessit.

58 Heredi, siue filio suo heredi, siue extraneo tempus 30. annorum ad deliberandum superesse existimantur plures, eò quod illi non minori tempore, quam 30. annorum praescribatur, quorum sententia simpliciter accepta impugnetur, & num. seq.

59 Praescriptio 30. annorum iure praescripta iuri aduendi hereditatem, tunc demum locum habet, cum terminus heredi ad eum effectum a iudice assignatus non est, quia nemo forsitan petiit, quo casu heres antea non excludatur, nec legitimis successoribus locus sit.

60 Heredi si terminus ad deliberandum a iudice praescriptus sit, & quando illo lapsa excludatur, uel pro aduente habeatur ad instantiam substituti, uel creditorum, aut legatariorum. Quali que hic terminus esse possit a iudice, uel Principe concessus?

61 Lex 1. §. largius ff. de successorio edicto, conciliatur cum l. 1. §. ait Praetor, ff. de iure delib. etandi, & similibus, ibid.

62 Heredi scripto si terminus ad deliberandum a iudice praescribitur ad instantiam exheredati, illo statim deliberare compellitur, & omnia excluditur, & qualis hic terminus esse debeat, filio in praesentia degente, uel ab ea abente.

63 Accusio duplex notatur, ac resellitur error in l. si fratris, uerbo successorem C. de iure delib. etandi, circa eius legis intellectum, & transmissionem ex capite suitatis, quam modo restringit ad posteros tantum, modo ita demum admittit generalis, si suus heres adierit.

64 Lex qui duos, §. cum in bello, ff. de rebus dub. l. 2. §. si quis ex liberis ff. ad Senat. Consult. Tertull. l. Lucius 9. uel. atque ita, ff. de iure filij, & l. apud hostes 8. C. suis, & legit. heredi, rectè explicatur, & expenditur pro communi sententia, quod filius ex capite sui heredis transmittit patri hereditatem, a se non agnitam etiam ad extraneos heredes.

65 Mater ad filij posteritatem minime pertinet, ibidem.

66 Posterorum appellatio eadem est, qua & liberorum, & descendentium, qua omnes inferiores tantum, non etiam superiores continentur, quicquid posterorum uocabulum latius usurpet Duarenus.

67 Iura fere omnia, qua de transmissione suorum hereditatum agunt, ita indistinctè, & generaliter loquuntur, ut de transmissione ad quoscumque eorum heredes, etiam extraneos, intelligi possint, ac debeant.

68 Emancipatio ius patria potestatis, & consequenter ius sui heredis, quod in illa fundatur, tollit.

69 Filiofamil. per matrimonij contractum, ac nuptiales benedictiones, pro emancipato habetur iure municipali Castella, & aliorum Regnorum, & ideo si tunc succedat patri, non potest ut suus eius hereditatem ad quoscumque transmittere.

70 Statuta qua filiumfamil. per matrimonij contractum

pro emancipato habent, si uniuersalia sint, nec principaliter in fauorem filiorum emanauerint, necdem procedit in fauorem filij, sed etiam in odium.

71 Emancipationis, & patria potestatis differentia a Iustiniano sublata est, statuente, emancipatos filios non minus quam suos parentibus succedere.

72 Bar. in materia transmissionis suorum hereditatum superatus difficultate sublata a Iustiniano differentia inter suos, & emancipatos obliquit, articulum hunc cogitandum relinquens, & alij apertius putauerunt, emancipatum filium hodie uelut suum transmittit.

73 Emancipati, etiam hodie, ut sui non transmittunt, ex uerore, ac receptore sententia, cuius sententia auctores referuntur n. 69.

74 Emancipati filij a Iustiniano equiparati sunt suis quoad successionem, ita ut Praetor auxilio non egeant, & quoad alios iuris effectus, non quoad modum succedendi, nec quoad quietatem, & praerogatiuam suitatis, & quare? ibid.

75 Lex final. §. cum igitur, circa finem, C. de legitimis heredibus, rectè expenditur, & explicatur, & num. seq.

76 Determinatio una resiciens plura determinabilia, pariformiter ea determinare debet.

77 Filij matri sua ipso iure succedere dicuntur, quibus tamen ante acquisitionem matris hereditatis decedentis, fratribus superstitibus, ad hoc tantum illorum portio pertinet, neque ad extraneos ab illi institutos transmittitur, qua inter se pugnantia uidentur, & quare? cum n. seq.

78 Lex penultim. C. de suis, & legitimis hered. conciliatur cum l. 2. C. ad S.C. Orfician. & num. seqq.

79 Suis heres, qualis dicitur is, qui ipso iure succedit, regulariter ad quoscumque transmittit hereditatem, etiam a se non agnitam, ibid.

80 Emancipatis in filijs quod dispositum est, ad suorum similitudinem patribus succedere, non significat, eos effectus esse suos heredes, sed non minus parentibus succedere, quam succedant sui, quamquam diuersimodè.

81 Filio matri ipso iure succedere ex S. C. Orficiano, & minime significat eos succedere legis ministerio, & potestate absque additionis necessitate, ut succedant sui, & quare?

82 Matres earent potestate in filios, & n. 86.

83 Matri succedant filij ipso iure ex S. C. Orficiano, id est iure civilis, quia Senatus Consultum illud, iuris civilis pars est.

84 Orficianum Senatus Consultum, quod matris hereditatem filijs ipso iure delatit, illud efficit, ut non tantum filij ex capite cognatorum post agnatos omnes matri succedant, quod beneficio Praetoris antea consequentur, sed ut quasi agnati primo loco admittantur, licet tales uere non sint.

85 Lex 3. C. ad S. C. Orficianum, in uerbis, circa bonorum possessionem pro herede gerendo expenditur, & explicatur.

86 Ipso iure uerbum, idem plerumque importat, quod et uera iuris dispositione.

87 Filij, etiam emancipati, uel alius non suus, legitimam portionem, sibi ex paterna, uel materna successione delatam etiam non agnitam, aut eius supplementum, ad quoscumque ipsius heredes transmittit, & quare?

88 Legitima filij non est quae a hereditatis sed bonorum, qua illi tolli, uel immitti nulla ratione potest, idemque in quarta filio arrogato debita locum habet, ibid.



- 80 Primogenitus viuo patre decedens primogenitura ius transmittit ad ipsius liberos, exclusis patris.
- 81 Transmissio ex capite seu potentia sanguinis, quando locum habeat, & DD. de ea agentes referuntur.
- 82 Transmissio haec in qua conueniat cum transmissione ex capite sui heredis.
- 83 In quo ab ea differat?
- 84 Adire verbum proprium est eorum heredum, qui sui non sunt.
- 85 Liberi ex linea materna descendentes, vel etiam ex paterna, sed extra parentum familiam constituti, vel emancipati, vel non constituti extra familiam, sed a patre processu, sui heredes parentibus non sunt, & qui sunt extra familiam extranei appellantur.
- 86 Hi parentum hereditatem ex capite sanguinis transmittunt non ad quoslibet heredes, sed ad alios ipsorum descendentes.
- 87 Lex vnic. C. de his, qui ante apertas tabulas, dum liberorum transmittentium meminit, de liberis non sumpsit, sed extraneis parentibus suis accipienda est, contra gl. & commentum ibi, & quare?
- 88 Blasius Robles notatur quod minus recte percepit Quasdam Filligeram, ibid.
- 88 Lex illa, & si de testamentaria successione loquatur, ad legitimam praeheredatam est, cum gl. & commentum, aduersus nonnullos contrarium docentes & quare?
- 89 Lex eadem nihil aliud egit, quam supplere legis Iuliae, & Papia de caducis caput, quod refertur, nonnullaque iura qua ad ea illi respectum habuere, obiter referuntur, & exornantur.
- 90 Lex Iulia, & Papia de caducis caput in multis despiciebatur non satis liberis prospiciens.
- 91 Heredes ex asse instituti, sine liberi testatoris, sine extranei, etiam stante lege Papia, hereditatem ante apertas tabulas adire poterant, quam tamen interim absque aditione decedentes, omnino amittebant, admissio fisco.
- 92 Lex vnic. Cod. de his, qui ante apertas tabulas quid non sanxerit aduersus legem Iuliae & Papia.
- 93 Eius legis ratio generalis, an ad speciem in ea contentam restringenda sit, & num. sequenti.
- 94 Ratio generalis, quae lex nititur in aliquo casu, tunc denum ad eum casum restringi debet, tunc si generaliter acciperetur, absurdum aliqua resularet.
- 95 Secus si nulla resularet absurditas, quia tunc legem ad alios casus ampliat, in quibus eadem subsisteret.
- 96 Lex Papia, quam Imperatores in lvn. C. de his, qui ante apertas tab. emendare voluerunt, licet strictè in testamentaria successione loqueretur, & in legitima non minus digna fuit correctione, & quare?
- 97 Lex vni. C. de his, qui ante apertas tab. verba illa, alioque contra auium, & c. non ad solum solum referuntur, ut plures existimant, & maxime Did. Spino, qui & in latina locutione deceptus est, sed tam ad solum, quam ad coheredem desunt.
- 98 Ab aliis referuntur ad substitutos, quorum sententia conuenitur.
- 99 Eiusdem legis verba illa, licet non sint inuicem substituti, recte cum gl. & commentum declarantur, & num. seq.
- 100 Licet dictio, & similes, sui natura implicent casum adhibilibiorem in sensu directo, & minus dubi-

- tabilem in sensu contrario.
- 101 Lex vni. C. de his, qui ante apertas tab. licet ad substitutorum exclusionem non emanauerit, tamen ex ratione in ea expressa ad eos quoque excludendos extendi debet.
- 102 Hereditatis etiam ignorata transmissionem admittit, & non minus locum habet in successione Pratoria, quam in civil.
- 103 Procedit generaliter nendum respectu filiorum legitimatorum, & naturalium, sed etiam naturalium tantum in casibus, quibus iure succedere possunt, & siue nati, vel concepti sint in vita transmittentis, siue post.
- 104 Transmissionem tantum admittit ascendentium ad descendentes, non è conuerso, & quare? contra Actuos, cuius sententia sub quadam distinctione defenditur & explicatur lex apud hostes 8. C. de suis, & legit. hered.
- 105 Transmissio qua fit ad patrem ex beneficio leg. si infanti 18. C. de iure delib. non agitur sicut ad matrem, vel alios ascendentes ex linea materna, vel etiam paterna, quibus patria potestas deficiat.
- 106 Infans, vel furiosus patriam hereditatem, sibi velut suo delatam, ad quoscumque transmittit, & intelligitur lex si infanti 18. vers. Sin verò, C. de iure delib.
- 107 Lex si infanti, in princ. C. de iure delib. non est correctio per Text. in Auth. defuncto, C. ad Tertull. & qualiter eius authentica dispositio procedat, & practicanda sit?
- 108 Transmissio ex cap. iuris deliberandi qualiter fiat? & intellecta l. cum in antiquioribus 19. C. de iure delib.
- 109 Quod tempus praestet heredi transmissario, & in quo differat a procedentibus transmissionibus.
- 110 Non habet locum quando heres, à quo transmissio praetenditur, delatam sibi, fuisse hereditatem ignorauit.
- 111 Substitutus excluditur à transmissario etiam ex hoc capite, cum communi, aduersus nonnullos contrarium docentes.
- 112 Heres lesus in eo, quod iura legitimum tempus hereditatem non adiit, quod restitutionis in integr. beneficio, sibi tanquam minore, vel etiam maiore ex iusta causa competente, vsus non est, an id beneficium ad heredem suum transmittat? & explicata l. Panonius 85. ff. de acquirenda heredit.
- 113 L. ventre praeterito 84. ff. de acqu. hered. & eius transmissio explicatur.
- 114 Lex si quis in grati 1. §. eleganter, & l. qui posthumos 4. ff. ad S. C. Silan. & transmissio eorum virtute competens explicatur.
- 115 L. scriptus 12. ff. de Carbon. edicto explicatur, & qua sit eius legis transmissio? similiaque iura notantur.
- 116 Deciso principali Hispalen. ex dictis perspicua reddatur, & alia incidens Granatens. referuntur.

APPENDIX TRIVM PRÆCEDENTIVM.

EX his, quae tribus praecedentibus dissertationibus dicta sunt satis, superque constat, iure optimo Senatam in vltima instantia illius cause, quae inter Ioannem à Palma, & Josephum Folla verteretur super debito, quod ille ex capite vxoris, cui heres extitit, ab hoc petebat, reuocasse duas praecedentes sententias, quae

pro actore late fuerunt. Male namque eorum iudices mouerant obiectiones, seu replicationes aliaque, pro ipsius actoris parte considerata, ad vitandam praescriptionem exceptionem, qua praesertim reus nitabatur, quibus proinde necesse fuit paulò altius satisfacere. Sed aliud nunc pro reo fundamentum addimus, quod si animaduertum antea foret, non ita falli iudices potuissent, est enim id adeo efficax, ac perspicuum, ut per se solum, nullo alio suffragante, gladium (ut aiunt) ad radicem ponat, omnemque dubitandi rationem submoueat, in eo nimirum consistens, quòd hereditas Andreae Philippi nondum agnita est ab eius herede Francisca, vxore Ioannis à Palma; quae proinde non potuit eam ad ipsum Ioannem heredem à se institutum transmittere, quia hereditas, & vel bonorum possessio nondum adita, non transmittitur, l. 3. §. acquirere, vers. Denique, in fin. ff. de bonor. possessionibus, l. emancipata 4. C. qui admittit ad bonorum possessionem possunt, l. quoniam sorem 7. l. si infanti 18. vers. Sin verò, C. de iure deliberandi, l. vnic. §. in nouissimo, vers. Hereditatem, C. de caduc. tollend. quod procedit etiam in hereditate, ex substitutione delata, nam & hanc substitutus non nisi à se agnitam ad heredes transmittit, l. qui liberis 8. §. hoc verba, l. sed si plures 10. l. Lucius 45. §. fin. & l. qui habebat 47. ff. de vulg. & pupill. substit. l. toties 80. alia 81. ff. de acquirend. heredit. (quam perperam emendat Anton. Fab. lib. 1. c. 1. c. 2. cap. 20. post med. vers. Hinc verò) l. si ex pluribus 9. in fin. ff. de suis, & legit. hered. explicant, & exnotant late vltra Doctores in dictis locis, maxime in dict. l. emancipata, Alciatus tum ibi, tum etiam lib. 4. paradoxorum cap. 5. & in l. ventre 83. alia 84. à num. 8. ff. de acquirend. hered. Cujac. tract. 4. ad Aphrocanum ad l. si filius heres 16. ff. de liberis & posthumis, pag. 2. Duarenus in paraphrasi ad tit. ff. de vulg. & pupill. substit. cap. 10. vers. Superioribus locis, & ad tit. ff. de acquir. hered. c. 5. de effect. aditionis hered. post princip. vers. Hoc aded verum, & lib. 2. de iure accrescendi cap. 17. Guillelmus Benedictus ad cap. Reynuinus de testament. 2. pari. verbo mortuo itaque 2. num. 187. Ant. Gom. tom. 1. variat. cap. 9. per totum, Michaël Grassus receptorum sententiarum, siue de successibus lib. 2. art. de transmissioe quaest. 17. cum seqq. Emanuel Costa in cap. si pater, de testamentis, in 6. 11. p. verbo habens, à num. 17. vers. Ergo, Menchaca de success. creat. lib. 3. §. 21. ad finem, ex num. 266. & de successu in progressu, §. 6. ex num. 7. Didacus Spino in speculo testamentorum gloss. 3. principali ex num. 77. Matienus in l. 1. tit. 4. lib. 5. noua compilat. gloss. 16. à n. 14. Patet Molina de iust. & iure tom. 1. tract. 2. dist. 180. Andreas Gaillius pract. obseruat. lib. 2. obseruat. 128. sub num. 8. & obseruat. 131. num. 2. vers. Nec obsters & num. 3. ac de pace publica lib. 1. cap. 9. num. 5. Donell. lib. 7. comment. cap. 4. §. non minus, vers. Morie, & ad eum late Olual. Hilliget, à n. C. Anton. Fab. lib. 1. c. 1. c. 2. cap. 1. Iacobus Cancecius variat. resol. lib. 3. cap. 21. de transmissionibus ex num. 2. Marc. Anton. Eugen. conf. 25. à num. 70. lib. 1. Joann. Petrus Surd. conf. 341. num. 15. Fabius de Ana conf. 1. num. 5. Vincent. Hodecdec conf. 6. num. 29. vol. 1. D. Ioan. Baptif. Valenquel. conf. 17. num. 2. vol. 1. Thadeus Pifo Soacius variat. resol. lib. 6. cap. 2. ex num. 1. Petrus Gilchenius ad l. generaliter l. num. 22. C. de institut. & substit. Iacobus Scultetus in aditionibus ad Modestinum Pastorem quaest. 13. num. 10. Bernardus Graueus practicae conclus. ad obseruationes Gaillii d. lib. 2. c. 1. c. 1. considerat. 1. num. 4. & 5. Franciscus Lingio ad quinquaginta decisiones Iustiniani, decis. 3. quaest. 3. per totam, D.

Anton. Pichard. ad tit. ff. de acquir. hered. cap. 3. n. 8. & 19. & cap. 31. num. 1. D. Franciscus de Barry de success. tom. 2. lib. 12. tit. 1. per totam. Nicol. Noalis in tractat. de transmissione casu 8. per totum. Casar Argelus de acquir. possess. §. 13. num. 35. cum aliis infra.

Sed in eius regulae ratione reddenda etiam tunc omnes, quia ex iuris principis contrarium dicendum videbatur, ut non adita hereditas transmittatur, constat liquidum solum spem, quam quis habet, aliquid sub incerto casu assignandi, in alios transferri, & in heredes transmitti posse, quod in contractibus plane constat ex l. spem 1. C. de donationibus, & ex conditionalis, cum relatis à D. Anton. Pichard. num. 1. inf. de verborum oblig. & licet in legatis, ac fideicommissis, tam vniuersalibus, quam particularibus, quoad ius conditionale secus sit, nec enim id transmitti potest, l. 2. §. 4. ff. quando dies legati cedat, cum relatis ab Anton. Gomez tom. 2. variat. cap. 1. num. 36. Pichard. in d. §. ex conditionis n. 3. iuncto num. 10. qui rationem explicat differentiae inter contractus, & legata, Andreae Gaillio, & ad eum Bernardo Graueo, qui late prosequuntur, pract. obseruat. ac conclus. lib. 2. obseruat. ac conclus. 131. illo num. 1. & 2. hoc verò per totam, conclus. iisdem Gaillio, & Graueo obseruat. & conclus. 12. per totam, dist. lib. 2. Franciscus Lingio decis. 25. quaest. 3. num. 3. vers. Aut fideicommissum, & d. decis. 31. quaest. 3. num. 13. vers. ult. Vicentio Fusario, qui neminem non refert, latissime rem pertractans, de substitutionibus 2. p. quaest. 490. per totam, at si ius ad legatum competens, in pendenti non sit, sed dies eius cesserit, tamen si agnitum id non fuerit vtique transmittitur, l. si post diem 5. cum aliis, ff. illo titulo quando dies leg. cedat, l. 3. & vlt. C. eod. l. vnic. §. cum igitur, ad fin. & 8. in nouissimo, vers. Et dies legatorum, C. de caduc. tollend. l. 3. vers. E maguer, vbi notat Gregor. Lop. gloss. 4. tit. 9. p. 6. quod & in vniuersali fideicommissio locum obtinet, l. 1. §. si quis Titio, iuncto §. idem dicendum, ff. de adm. leg. l. à testatore 109. vers. Respondit (per arg. ab speciali) ff. de condit. & demonstr. l. coqui 16. §. idem Macianus, illic siue ipsi quoque desideret, sibi restitui, siue alius in locum eorum successerit, liquidam ita 25. in princip. vers. Respondi, & vers. Sed testatoris (per arg. quoque ab speciali) & l. postulante 44. vers. Possit tamen, illic: Caterum existimo, idem in herede eius constituentum, quod in illo constitutum est, ff. ad S. C. Trebell. l. 3. ad fin. & l. si in personam 21. C. de fideicom. ex quibus contra gl. verbo reuerturum, in l. cum filio 11. ff. de legat. 1. & verbo adeatur, in l. cum filio 11. ff. de legat. 1. & alios Barr. in d. l. cum filio num. 12. & 13. communiter receptus, ut constat ex Ripa num. 73. & 76. & Alciato num. 25. ibi, eodem Ripa num. 57. & Hieronym. Zanche à num. 60. in liberes num. 57. §. cum ita, ff. ad S. C. Trebell. Socin. iun. conf. 129. num. 1. lib. 1. & conf. 141. num. 27. lib. 2. M. Anton. Natta conf. 471. num. 14. Roland. à Valle conf. 16. nu. 4. lib. 3. Cephalo conf. 132. n. 7. & 8. lib. 1. Hier. Gabr. conf. 121. n. 2. lib. 1. Surd. conf. 517. n. 2. ad fin. lib. 4. Peregr. conf. 55. n. 7. & conf. 69. n. 1. lib. 1. conf. 41. n. 1. o. lib. 1. & conf. 66. n. 4. lib. 5. & de fideicom. art. 22. n. 3. & 5. art. 3. num. 3. & 4. Anton. Gom. variat. resol. tom. 2. cap. 5. num. 9. & remissive Greg. Lop. dist. gl. 4. in fin. Mencha. de success. proreptu lib. 1. §. 7. num. 19. & post alios Fusar. de substit. quaest. 487. Nicolao Noali de transmiss. casu 2. à num. 14. Sed, & in hereditate locus est transmissioni quoad ipsi accrescendi, post coheredis aduentus mortem obtinentes,



ueniens, eodem namque iure eius heres gaudet, vt ei accrescat illa portio, quæ defuncto si viueret, accresceret, l. hac scriptura 26. §. 1. vers. Aut cum alter, ff. de condition. & demonstr. dict. l. si ex pluribus 9. vers. Et licet, ff. de suis, & legitimis heredibus, l. vnica, §. his ita definitis, vers. In his itaque, C. de caduc. tollend. §. finali in fin. inst. ad S. Conf. Officiomm. Cum \* itaque, licet ante hereditas delationem nullum ius residet in herede, quod transmittere possit, vt dixit rectè Bald. in l. quidam elogiomm. 3. & in l. cum in antiquioribus, 19. in fin. C. de iure deliberandi, & conf. 132. ad med. vers. Sciendum est enim, vol. 2. cuius in proposito meminere post alios Michaël Grassus de successioibus, lib. 2. ar. de transmissioe quæst. 18. num. 1. Hieronymus Ceuallus præf. quæst. communium contra communes tom. 4. quæst. 905. à num. 78. nouissimè Blasius Roblez Salzedo de representatioe lib. 3. cap. 7. num. 31. Marta de successione legali p. 1. q. 24. ar. 3. à num. 8. & conf. 13. num. 34. & conf. 164. num. 13. quod & voluit Bart. cuius illis non meminit, in l. i. potest, num. 9. ff. de acquir. hered. hereditate \* tamen delata heres in ea ius habet ad eundem, l. delata 151. illic: Delata hereditas intelligitur, quam quis possit ad eundem consequi, ff. de reg. iur. l. 3. in fin. illic: Ius ad eundem hereditatis, cum sua causa quæstioe, C. de institution. & substitution. nulla videtur esse ratio, quæ non id saltem ius ad heredem transferat, cum certum sit, \* heredem ipsum in vniuersum ius defuncti succedere, eoque representare, l. heres in omne 37. ff. de acquir. hereditat. l. heres & hereditas 22. ff. de usufructu. l. heredem 59. alius 60. ff. de reg. iur. aut de iurisdictione à mortuo præstito, siue nouella 48. in princip. vers. Quia substantia, & vers. Unam quodammodo, collat. §. & vbiq; omnes, expendant, & exornant optimè Suid. conf. 1. num. 2. conf. 165. num. 1. conf. 221. num. 14. conf. 222. num. 12. conf. 68. num. 23. conf. 300. num. 8. conf. 403. num. 46. conf. 425. num. 30. & conf. 457. num. 27. Cæsar Borcius decif. Bononiensis 1. num. 10. & 11. & decif. 64. num. 11. Pro quo \* & facit altera iuris regula, quæ docet, quod heres heredis, primi testatoris est heres, l. 3. vers. Sed & si Titio, ff. de petit. heredit. l. si quis filium 7. §. vlt. ff. de acquir. heredit. l. si peculium 20. §. hereditas autem 4. iuncta gloss. verbo heredis heredi, ff. de statu liberis, l. 1. §. hoc interdictum, ff. quod legatorum, l. heredis appellatio 65. & l. sciendum 70. ff. de verb. signific. l. qui per successionem 194. ff. de reg. iur. l. fin. C. de heredib. instituent. l. in animalibus 22. C. de legatariis, cum similibus, exornant Tiraquell. de retractu conuenionali §. 1. gloss. 6. à num. 20. & in tractat. le mort, declarat. §. num. 10. p. 2. Pandulphus Præreus reg. 409. inter regul. Doctorum lib. 8. verbo heres heredis, Michaël Grass. de successioibus lib. 1. §. hereditas quæst. 10. Bonifac. Ruger. conf. 8. num. 13. & 104. lib. 1. Suid. conf. 113. num. 35. conf. 2. §. o. num. 24. conf. 395. num. 39. & conf. 373. num. 12. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 70. n. 29. Mantica de coniectur. vltim. volunt. lib. 8. tit. 14. num. 21. Peregr. de fideicommissis art. 32. à num. 60. Vincent. Fufat. de substit. quæst. 345. per totam, qui latè prosequuntur, & explicant, vltra plures alios, nouissimè relatos ab August. Barbosa de appellatiua verborum signific. appellat. 1. 13. num. 32. quibus addo Martam de success. legali 4. p. cap. 4. art. 1. ex num. 1. Pereiram ad l. vnica, C. ex delict. defuncti. §. p. n. 32. D. Ioan. Bapt. Valenc. conf. 19. num. 21.

12 Huic vt occurrant difficultati, varias superioris regulæ rationes interpretes conungunt, vt vltra supra relatos maximè Anto. Gomez. sex referentem, & eas nominatim improbantem, quamuis primam

